

5 Iunius instabat Maio sex stante diebus.

Cum ditavit humum corpore, mente polum,
Unitam verbo carnem referentibus annis
Mille ter undenis undeciesque decem.

Voran geht das Epitaphium Petri Baiolardi a semet compositum: 'Servianimam servans', 7 Verse, und 'Est satis in titulo: Petrus hic iacet Habaelardus', 7 Verse.

VII. De sodomitis quibusdam clericis.

Non placet a dextris chorus hic, qui continet hedos:

Quos deus a leva parte locare volet.

Aut nostra de parte gregem removebis olentem,

Aut nos cessuros, presul amande, scias.

VIII. De sodomita prelato.

Qui sedet hac sede ganimedior est Ganimede;

Cur uxoratos a clero separat omnes,

Audiat: uxoris non amat officium.

Vile nimis scortum, sed vilior est sodomita:

5 Peior quam meretris femina vir meretris.

Femineus coitus fructum pariendo reportat;

Polluitur tantum, dum sodomita coit¹.

IX. Epitaphium cuiusdam dominae.

In facie² Venerem gestans, in mente Dianam

Grata viro fuit hec; grata sit ipsa deo!

Hanc humilem mores, sublimem fecit origo;

Unde viro placuit, grata sit inde deo!

5 Expirans Februi Manentia luce secunda

Insoliti partus lesa dolore ruit.

X. Epitaphium Odonis.

Si dolor aut lacrimae de morte iuvare valerent,

Plures et merito super huius morte dolerent.

VII. VIII. IX. fol. 5b II. X. fol. 6a I [steht auch im Cod. lat. Monac. 6911, fol. 123 (M., vgl. Anz. f. Kunde d. deutschen Vorzeit 1876, S. 75; Zeitschr. f. d. österr. Gymnasien XXXII, 422), dessen Lesarten Herr Dr. Keyssner uns mitgetheilt hat. 1 'valerent] solerent' getilgt, darüber von derselben Hand 'valerent' M. 3 'nitore] decore' M. 7 'Fervida cum fervens premeret sol terga leonis' M. 8 'tumulatur corpus' M.].

1) Vergleiche über das nämliche Laster die Verse aus dem IX. Jh. in Bd. XIII, p. 358 ff.; unter Marbods Gedichten eines über denselben Gegenstand, das auch in unserer Hs. sich findet: 'Daemonis inventum'.

2) 'faciem' c., verb. von W. W.